Bocillatori Tens Syradien D. Boretowskij Secretario nostro et
Joanni Strusz Arcis nostrae Cracoviensis Burgrabio Fid. nobis dilectis gratiam
nostram Regiam. Generosi Fid. nobis dilecti ex praescripto constitu-
tionis Regni nostri Poloniae obligantur Cives Civitatum nostrarum
ad faciendam rationem de omnibus proventibus Civilibus Capitaneis eorum
in praesentia Commissariorum nostrorum. Cum itaque eam rationem in Ci-
vitate quoque nostra Oposznensi peragi velimus Fid. vestras quo-
rum integritatem perspectam habemus ad id negocium deputandas
esse duximus deputamusque. Mandantes eisdem ut captato certo
opportuno tempore vocatis ad se per literas innotescentiis Procon-
suli et Consulibus alijsque civibus Oposznensibus ad civitatem illam
descendant, ibidemque rationes de proventibus civilibus quas illi
iuxta constitutionum tenorem Capitaneo eorum in praesentia Fid.
vestrarum facturi sunt ab eisdem recipiant eisque subscribant atque
ad nos scripto si opus fuerit, referant Civesque de facta eiusmodi
ratione quietent, aliaque omnia perficiant, quaecunque audiendae eiusdem
rationis negocium de iure requirere videbitur Unius Fid. vestrarum
absentia non obstante.

Mandatum ad eandem

Sigismundus etc.

Famatis Proconsuli Cons. Advocato seu eius Viceadvocato Sca-
binis totique communitati Civitatis nostrae Oposznensis Fid. nobis di-
lectis gratiam nostram Regiam Famati Fid. nobis dilecti. Sciunt fortas-
sis Fid. vestrae debitum suum quod illis constitutiones Regni de
faciendâ ratione de proventibus civilibus imposuerunt Addidimus vero
rigore eamdem constitutionum Regni Generoso Stanislao Lipski
de Bobrek Capitaneo nostro Oposznensi certos ad audiendas Fid. vestrarum
rationes Commissarios Mandamus itaque Fid. vestris serio ut postea-
quam ab eisdem commissarijs nostris per literas innotescentiis illorum
vocati fuerint coram eis compareant atque Capitaneo praefato in il-
lorum praesentia sufficientem rationem de omnibus civitatis pro-
ventibus ab anno Domini 1602 iuxta tenorem et praescripti
constitutionum Regni faciant instaurationemque ruinarum et
aedificiorum publicorum eisdem commonstrent neque sese eorundem com-
missioni et rationi ullo modo opponant, eamque subterfugiant
Pro gratia et sub gravi animadversione nostra Secus non facturi

Mandatum ad Conss: Ilkuss:

344